320.25

P0529/11

Leg.º 3.º Num.º 1.º

2

Monovar

Renunciaciones de varios censos otorgados à favor de la S.ra D.a Margarita de Borja y de los S.res D.n Rodrigo de Silva y de la S.ra D.a Ana de Portugal.

GOBIERNO DE ARAGON

+

Sit omnibus Notum quod Ego Joannes baptista petrus paulus Matheu civis civitatis Valentie habitator Requisitus vigore pacti de luendo et quitando appositi et scripti in originali carricamento censualis infrascribendo Gratis et Scienter cum hoc presenti publico instrumento cunctis temporibus hic et ubique firmiter et perpetuo valituro et in aliquo non violando seu revocando per me et successores meos quoscumque confiteor et in veritate recognosco vobis Justicie Juratis hominibus et universitati ville de mon nover, Don Roderico de Silva et de mendossa Duci pastrane Et Domine Margarite de borja et de portugal vidue relicte a Don federico de portugal quondam Domino loci de sollana licet absentibus notario tamen infrascripto ut publica et autentica persona pro vobis et omnibus illis quorum interest intererit aut interesse poterit vel poterit quomodolibet in futurum stipulante et legitime recipiente et vestris quod per manus Don francisci Joan de torres militis ordinis et militie Sancti Jacobi de la spata solventis ut ipse asseruit de pecuniis propriis vestre dicte Domine Margarite de borja dedistis et solvistis mihi egoque a vobis habui et recepi et confiteor habuisse et recepisse voluntati mee omnimode modo infrascripto numerando ab una parte Mille libras monete regalium valentie Pretium et proprietatem omnium illorum Mille trecentorum viginta trium solidorum et quatuor denariorum dicte monete censualium rendalium et annualium Annis singulis solvendorum in decimis septimis diebus mensium Januarij et Julij mediatim Et qui per Guillermum pedros notarium convencionem nomine proprio et uti sindicum qui tunc erat dicte ville de mon nover dictum Ducem pastrane et vos Dominam Margaritam de borja et de portugal Simul et in solidum fuerunt venditi et originaliter onerati et carricati Petro Joanni Anthonio Mathieu quondam civi ac patri meo et suis pro dicto Pretio Mille librarum publico vendicionis et originalis carricamenti censualis instrumento per notarium infrascriptum decima sexta die Julij Anni Millesimi quingentesimi octuagesimi quinti recepto Postea vero dictus quondam pater meus cum ultimo illius testamento per paulum alfonso notarium Die vicessimo mensis Junij Anni Millesimi quingentesimi octuagesimi primi recepto et post illius obitum per eundem notarium publicato sexto mensis Julij anni millesimi quingentesimi nonagesimi sexti publicato heredem sibi universalem instituit Petrum Anthonium mathieu eius filiumque suum ac fratrem meum ultimo vero publico vendicionis seu in solutum dationis instrumento mihi facto et firmato per dictum Petrum Anthonium Mathieu fratrem meum uti heredem prediti quondam mei et illius patris dictum censuale mihi pervenit et pertinet Et ab altera parte viginti libras septem solidos et quatuor denarios eiusdem monete de forata dicti censualis actionis debita atque decursa et confiteor me esse solutum et satis factum de omnibus pensionibus dicti censualis usque in presentem diem decursis atque debitis intellectis tamen et comprehensis subpresentis quibus sunt aposita chirografis et cautelis previa ratione vobis factis atque firmatis Modus vero solutionis predictarum quantitatum talis fuit et est videlicet quod die xxvij aprilis proxime preteriti presentis anni MDCij depositastis in posse taulegerij curie Justicie civilis predicte civitatis Valentie dictas Mille libras Pretium et proprietatem dicti censualis Ex eo quia dictum censuale mihi transportatum fuit cum pacto et conditione quod semper et quandocumque per vos mihi luitum et quitatum fuisset pretium et proprietas illius deponeretur in posse dicti tabularij curie dicti Justicie prout est videre in dicto adesuper (?) calendato vendicionis seu in solutum dationis et transportationis instrumento, Et dictas viginti libras septem solidos et quatuor denarios de dicta forata a vobis habui et recepi realiter numerando Et quia hec est rei veritas Renuncio Scienter omni exceptioni peccuniarum predictarum non numeratarum et per me a vobis modo predicto non habitarum et non receptarum dictique rei sic non geste ut predicitur et doli et sa ratione cancello irrito casso et anullo prediti carricamenti censualis instrumentum tam in prothocollo quam in nota dicti notarij prefati illius receptoris uti cum presenti illud cancello et lineo a prima eius linea usque ad ultimam inclusive Volens quod ab inde mihi nec meis minime prodesse possit nec vobis nec vestris obesse modo aliquo seu nocere Volens ex nunc atque consentiens ut censualis huiusmodi dominium ipsius que annua pensio et jus recipiendi et luendi sint assi in possessum vendicionem nec oneratum unquam fuisset quoniam ab ipso et ab omni eius prestatione Jure actione questione petitione et demanda penitus vos et vestros et omnia et singula bona et jura vestra et vestrorum et obligatorum in eodem Absolvo et diffinio, imponens mihi et meis super predictis omnibus et singulis silentium sempiternum faciens pactum tam reale quam personale de ulterius aliquid non petendo non agendo nec conveniendo judicialiter nec extra cedens quod nihilominus atque remittens sine cum presenti vobis et vestris omnia et singula Jura et actiones loca voces vices et alia omnia quecumque mihi virtute originalis carricamenti censualis instrumenti prediti pertinentia et pertinentes De quibus ex causa huiusmodi luitionis et quitamenti vobis et vestris cessionem facio et concessionem Et quibus possitis et valeatis vos et vestri uti fruhi Agere exercere et experiri in Judicio et extra Judicium, Agendo conveniendo et deffendendo quecumque et quemadmodum Ego facere possem sive potuissem ante presentem luitionem et quitamentum, instituhens inde vos et vestros ex causis premissis veros dominos actores ponentes et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum inde de predictis ad vestrum liberum voluntatis, Prout melius plenius sanius sanius et utilius dici potest scribi fieri et intelligi ad vestrum et vestrorum commodum et salvamentum bonorum etiam sanum et sincerum intellectum; Protestor tamen quod non tenear nec teneri volo de evictione aliqua premissorum nisi preciso et dum taxat prefatis obligationibus negocijs et contractibus meis propriis tantum et non pro aliis aliter nec alio pro quibus tantum obligo vobis et vestris omnia et singula bona et Jura mea mobilia et Immobilia privilegiata et non privilegiata presentia et futura habita ubique et habenda Quod est Actum Valentie Die octavo mensis maij Anno a nativitate Domini Millesimo sexcentesimo Secundo Signum mei Joannis baptiste petri pauli Mathieu prediti qui hec laudo concedo et firmo.—

Testes huius rei sunt Michael bonsill civis et Jacobus camfredo massor dicorum virgariorum Juratorum huius civitatis Valentie predicteque civitatis Valentie habitatores.—



Sig—num mei Michaellis Joannis Diego notarij publici Civitatis et Regni Valentie qui supradictis manu alterius scriptis interfui eaque recepi clausique et suprapositum Loco die mense et anno prefixis Cum rosato et posito in vicessima linea ubi legitur xxvij aprilis proxime preterita presentis anni Millesimi sexcentesimi secundi.—

Quitament fermat per Joan batiste Pere Pau Matheu quitada ala Vniversitat dela vila de Monnover, Don Pedro Diego de Silva y de Mendoça duch de pastrana y a dona Margarita de borja y de Portugal viuda de un censal de annua penssio de [illegible] CCCXXXIIJ iiij [illegible] y [illegible] de propietat de mil lliures les quals han dut per mans de Don Francisco Joan de torres pagant de diners dela dita dona Margarita borja co es [illegible] de la cort civil de valencia per [illegible] feces ab [illegible]

[illegible] per [illegible] dl [illegible]

[illegible]

Redemption de un Zenso de 1000 Lib.s de propiedad, y de 10333 suel.dos de annual pension otorgado por Juan Baup.ta Pedro Pablo Matheu Quitada a favor de D.a Margarita de Borja y de Portugal —

[illegible]

An. de 1602

Leg. 3. N. 1. 5. 6.

Oxani 45

45

N. 6

Sit omnibus notum quod nos Petrus Saragosa presbiter Rector ecclesie parrochialis Sancte Catherine martiris huius civitatis Valentie, Laurentius Blanch, Baptista Severio, Martinus Castello, Ludovicus Guimera, Gaspar Alastruhe, Vincentius Marinor, Franciscus Ximenes, Franciscus Sadorni, Baptista Segura, Sebastianus Marimon Iurium Doctor, Vincentius Figueres, Aloisius Marti, Raphael Cardo presbiteri et Franciscus Ioannes Diego subdiaconus omnes beneficiati in dicta parrochiali ecclesia, convocati et congregati in sacristia eiusdem ecclesie ubi pro similibus et aliis peragendis negotiis soliti sumus convocari et congregari, consentientes et asserentes in presenti congregatione fore et esse maiorem et saniorem partem beneficiatorum huius parrochialis ecclesie totumque clerum eiusdem facientes et representantes, Recognoscentes vigore presenti de luendo et quitando appositi et scripti in originali carricamenti censualis infra scribendi, omnes unanimes et concordes et nemine nostrum discrepante Grato et scienter cum hoc presenti publico instrumento cunctis temporibus hinc et ubique firmiter et perpetuo valituro et in aliquo non violando seu revocando per nos et successores nostros quoscumque confitemur et in veritate recognoscimus vobis iustitie Iurato hominibus et universitati ville de Monnover Don Roderico de Silva et de Mendossa Duci Pastrane ac domino inter alia dicte ville de Monnover et Dompne Margarite de Borja et de Portugal vidue relicte a don Federico de Portugal quondam domino dicte ville de Monnover et de Sollana licet absentibus notario tamen infrascripto ut publica et auctentica persona pro vobis et omnibus illis quorum interest intererit aut interesse poterit vel poterit quomodolibet in futurum stipulante et legitime recipiente et vobis quod per manus don Francisci Ioannis Sanchez militis ordinis et militie Sancti Iacobi de la Spata solventis ut ipse asseruit de peccuniis propriis vestri dicte Dompne Margarite de Borja dedistis et solvistis nobis nosque a vobis habuimus et recepimus et confitemur habuisse et recepisse voluntati nostre omnimode in nummis et testium infrascriptorum presentia realiter numerando ab una parte Ducentas libras monete regalis Valentie pretium et proprietatem omnium illorum centum solidorum dicte monete censualium rendalium et annualium annis singulis solvendorum in Valentia Secundo die mensium aprilis et octobris mediatim et qui per Guillermum Fabras noviter conversum nomine proprio et uti Sindicum qui tunc erat dicte ville de Monnover et vos Dompna Margarita de Borja et de Portugal simul et in solidum fuerunt venditi et originaliter onerati et carricati huic clero beneficiatorum eiusdem et successoribus eiusdem publico instrumento carricamenti censualis recepto per Petrum Baro quondam notarium Valentie prima die octobris Anni Millesimi quingentesimi octuagesimi quinti. Recepto et ab altera parte Undecim solidos et octo denarios de porrata dicti censualis hactenus debita atque decursa. Nec non etiam confitemur nos esse solutos et satisfactos de omnibus pensionibus dicti censualis ... quibuscumque apocis chirographis et cautelis tam per nos quam per quoscumque Sindicos et collectores nostros firmatis ... Renuntiamus scienter omni exceptioni peccunie predicte non numerate et per nos a vobis non habite et non recepte ... cancellamus irritamus et anullamus predicti carricamenti censualis instrumentum tam in prothocollo quam in nota dicti Petri Baro quondam notarii ... Volentes exunientes atque consentientes ut censualis huiusmodi dominium ... cum omnibus et singulis ... Inponentes nobis et nostris in dicto clero successoribus super predictis omnibus et singulis silentium sempiternum ... et quitamenti vobis et vestris cessionem facimus et concessionem ... Prout melius plenius sanius ... Promittentes ... In cuius rei testimonium presentem ... hoc presens publicum instrumentum ... Quod est Actum Valentie die Sexto mensis Maii Anno a nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo Secundo.

Signa nostrum Petri Saragosa rectoris, Laurentii Blanch, Baptiste Severio, Martini Castello, Ludovici Guimera, Gasparis Alastruhe, Vincentii Marinor, Francisci Ximenes, Francisci Sadorni, Baptiste Segura, Sebastiani Marimon, Vincentii Figueres, Aloisii Marti, Raphaelis Cardo et Francisci Ioannis Diego predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt Michael Bonfill civis et Martinus Matheus Vandellos Scriptor predicte civitatis Valentie habitatores.



Sig[signum]num mei Michaelis Ioannis Diego notarii publici Civitatis et Regni Valentie qui supra dictis ... aliorum manu scriptis interfui eaque ... et hoc signum ... die mense et anno prefixis.

GOBIERNO DE ARAGON

Redim.to de un censal de [illegible] moneda Valenciana a favor de D.a Margarita de Borja otorgado por el Clero de S.ta Cath.na Martir de Valencia y la Universidad de la Villa de Monnovar — (1)

Leg. 3. N. 1.º

Monnovar 6 Mayo Año 1602

Quitament firmat per lo clero de la S.ta Catherina Martir de [illegible] a la universitat de la vila de Monnover de [illegible] 200 [illegible]

N. 6

13

Sit omnibus notum Quod Ego Francisca Pastoret et de Passaborello uxor Francisci Passaborello militis civitatis Valentie habitatoris. Requisita vigore pacti de luendo et quitando apposi-
ti et scripti in originali carricamenti censualis infrascribendi Gratis et scienter cum hoc presenti publico instrumento cunctis temporibus vos et vestros firmiter et perpetuo valituro et in aliquo non violan-
do seu revocando per me et successores meos quoscumque confiteor et in veritate recognosco vobis iustitie iuratis hominibus et universitati ville de Monnover Dompne Margarite de Bor-
ja et de Portugal vidue relicte a Don Federico de Portugal quondam domino loci de Sollana licet absentibus notario tamen infrascripto ut publice et autentice persone pro vobis et omnibus
illis quorum interest intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum stipulante et legitime recipiente et vestris Quod per manus Don Francisci Joan de Torres militis ordinis et militie Sancti Jacobi de
la Spata solventis vestro ore asserentis de pecuniis propriis vestris dicte Dompne Margarite de Borja et de Portugal Dedistis et solvistis mihi egoque a vobis habui et recepi et confiteor habuisse
et recepisse voluntati mee omnimode modo infrascripto numerando ab una parte Quingentas libras monete regalium Valentie, pretium et proprietatem omnium illorum Sexcentorum
sexaginta sex solidorum et octo denariorum dicte monete censualium rendalium et annualium annis singulis solvendorum in decimis septimis diebus mensium aprilis et octobris
mediatim et qui per [illegible] vos dicte ville per vestrum syndicum qui tunc erat dicte ville de Monnover Don Rodericum de Silva et de Mendoca quondam Duce
Pastrane et vos dictam Dompnam Margaritam de Borja et de Portugal simul et in solidum fuerunt venditi et originaliter onerati et carricati dicto Francisco Passaborello viro meo
et suis predicto pretio Quingentarum librarum publico venditionis et originalis carricamenti censualis instrumento per Anthonium Balanzat notarium decima sexta die aprilis anni Mil-
lesimi quingentesimi octuagesimi quinti recepto Quod quidem censuale mihi pertinuit et pertinet publico venditionis seu insolutum dationis et transportationis instrumento per Andream Benedictum Vellet [illegible]
[illegible] dicti Francisci Passaborello viri mei mihi facto atque firmato pro solvenda dote per me dicto viro meo constituta tempore mei et illius matrimonii recepto per Ludovicum Oller notarium [illegible]
[illegible] die februarii anni Millesimi sexcentesimi. Et ab altera parte Sex libras undecim solidos et duos denarios dicte monete de porrata dicti censualis debita atque decursa a decima septima
die aprilis proxime preteriti usque ad vicesimum octavum diem Junii etiam proxime preteriti pretiis et lapsi anni M DC secundi in quo die mihi fuit intimatum depositum factum de proprietate dicti censualis in [illegible]
tabula [illegible] gubernationis Valentie. Et confiteor me esse solutum et satisfactum de omnibus pensionibus dicti censualis usque in presentem diem debitis atque decursis intellectis et comprehensis sub presentibus [illegible] apocis in
[illegible] Vobis facti atque formatis Modus vero solutionis predictarum quantitatum talis fuit et est ut Quod die vicesimo primo mensis maii proxime preteriti depositastis [illegible]
[illegible] gubernationis Valentie dictas Quingentas libras pretium et proprietatem dicti censualis ex eo quia dictum censuale [illegible] quitamenti est depositum [illegible]
[illegible] factorum et firmatorum per Franciscam Doroteam Perello et de Pastoret matrem meam et me extra et Honoratum Passaborello et dictum Franciscum Passaborello [illegible] filium [illegible] Vobis [illegible]
te ex altera receptorum per dictum Anthonium Balanzat notarium septima die maii anni M D nonagesimi quarti. Et dictas Sex libras undecim solidos et duos denarios [illegible] et per me a vobis modo predicto [illegible] et non recepta
habui et recepi realiter numerando Et quia hec est rei veritas renuncio scienter omni exceptioni pecuniarum predictarum non numeratarum et per me [illegible] dicti Anthonii Balanzat [illegible]
[illegible] cancello [illegible] casso et annullo predicti carricamenti censualis instrumentum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
bendi usque et habendi Quod est actum Valentie die nono Julii anno a nativitate domini M DC secundo Signum mei Francisce Pastoret et de Passaborello predicte que hec laudo concedo
et firmo

Testes huius rei sunt Marcus Mattheus Vandellos scriptor et Vincentius Navarro ville [illegible] operarius predicti civitatis Valentie habitatores.

Signum mei Michaelis Joannis Diego notarii publici civitatis et Regni Valentie [illegible]
[illegible]
[illegible]

+

Capitament quitament feermat per francesc [illegible] de passabonello [illegible] de Cabra [illegible] y Dona Margarita de Borja y de Portugal [illegible] de pensio de [illegible] y de propietat de D [illegible] [illegible] rebut [illegible] qual [illegible] [illegible] rebut per mans de don francisco [illegible] [illegible] Dona Margarita [illegible]

1°

Redempcion de un censo de 666. sueldos y 8. din.s hecha por D.a Fran.ca Pastoret de Passabonello a favor de D.a Margarita de Borja

Leg. 3. N. 1°. pap. 101.

Mani V°

121 9.re

Valencia 9 de Julio año 1602

GOBIERNO DE ARAGON

4   117

Sit omnibus notum Quod ego Ambrosius Roca de la serna miles civit. Val. habit. Requisitus vigore pacti delvendi et quitando appositi et scripti in
originali carricamento censualis infrascribendi Gratis et scienter cum hoc pnti publico instro cunctis temporibus hic et ubiq. firmiter et perpetuo valituro et
in aliquo non violando seu revocando per me et successores meos quoscumq. confiteor et in veritate recognosco vobis Iustitie Iuratis hominibus et Universitati vil
le de Monnouer licet absentibus ut pntibus et vris Quod per manus dom. franscisci Ioan de torres militis ordinis et militie sancti Iacobi de la spata solventis ut pro
ut asseruit ex pecuniis Domne Margarite de Borja et de portugal vidue relicte a Don Roderico de portugal q. dno loci de gollana ex eoq. dicta Domna Margari
ta de Borja et de portugal una cum Don Roderico de silua et mendoça duce pastrane eius genero dicte Domne Margarite de Borja firmavit vobis dic
tis Iustitie Iuratis hominibus et Universitati dicte ville de Monnouer instrumentum indempnitatis ratione dicti censualis instri ex eo quod dictum censuale
fuit oneratum ad opus dicti Don Roderici de silua et mendoça quamvis ex lectura instri predicti censualis instri aliud appareat Dedistis et solvistis mihi
ergo a vobis habui et recepi et confiteor habuisse et recepisse voluntati mee omnimode modo infro numerando ab una parte Octingentas libras monete
regalium Valentie pretium et proprietatem omnium illorum Mille sexaginta sex solidorum et octo denariorum dicte monete censualium annis sin
gulis solvendorum in decimis septimis diebus aprilis et octobris mediatim et qui per Guillermum pedras nomine consulum noie illius propio et
vro sindicum qui tunc erat dicte ville de Monnouer fuerunt venditi et originaliter onerati et carricati Vincentio Roca de la serna archidiacono Xa
tive et canonico sedis huius civit. Valentie et Gregorio yvanes presbitero in dicta sede beneficiato uti administratoribus bonorum et hereditatis francisci
Ioannis Roca q. decani ville Gandie ac canonici dicte sedis Val. ad opus dicte administrationis pro precio dictarum Octingentarum librarum pu
blico venditionis et originalis carricamenti censualis instro per Ioannem ludovicum gasull q. not. decima sexta die octobris anni M. D. octuagessimi quin
ti recepto Deinde vero instro emptionis facte et promisse per regiam audientiam huius civit. Val. quarta die septembris anni Milli quingentessimi no
nagessimi in quedam processu actitato inter franciscum Roca certis noibus contra administratores hereditatis dicti q. francisci Ioannis Roca canonici
De quo quidem processu fuit scriba Petrus ludovicus Bonilla not. alter ex scribis causarum civilium dicte regie audientie dictum censuale inter
alia pertinuit dicto francisco Roca Postea vero venditionis instro per Ioannem Baptistam gebert not. vicessimo quarto die may anni M. D
nonagessimi quarti recepto supradictum censuale pertinuit Iacobo garcia de frias not. Deinceps autem venditionis instro per dictum Iacobum
garcia de frias not. sexta die decembris dicti anni M. D. nonagessimi quarti recepto dictum censuale pertinuit mihi dicto Ambrosio Roca de
la serna Consequenter vero instro per dictum Iacobum garcia de frias not. nona die proxime dictorum mensis et anni recepto dictum censuale
pertinuit Eufrasie Bonconte et de Roca uxori predicti francisci Roca Ultimo vero publico venditionis instro per dictos franciscum Roca
et Eufrasiam bonconte et de Roca coniuges mihi facto atq. firmato receptoq. per dictum Iacobum garcia de frias not. sub die decimo mar
cij anni M. D. nonagessimi quinti mihi pertinuit et pertinet Et ab altera parte a vobis habui et recepi ut supra quatuordecim libras
quatuor solidos et duos denarios dicte monete de porrata dicti censualis hactenus debita atq. decursa Modus vero solutionis dictarum quantitatum
talis fuit et est Quod illas habui et recepi per tabulam Cambij huius civit. Valentie cum partita per dictum Don franciscum Ioan de torres die pnti
mihi facta atq. girata Et quia hec est rei veritas renuncio scienter omni exceptioni pecunie predicte non numerate et per me a vobis
non habite et non recepte dicteq. rei sic non geste ut predicitur et doli Et ea ratione cancello irrito casso et annullo predicti carricamenti cen
sualis instrum. tam in prothocollo q. in nota dicti not. illius receptoris ut cumpnti illud cancello et lineo a prima eius linea usq. ad ultimam
inclusive Sic quod inde mihi nec meis minime prodesse possit nec vobis nec vris obesse modo aliquo seu nocere Volens ex nunc atq. consen
tiens ut censualis huiusmodi dominium fructus annua perceptio et iura cessent et evanescant ac si impositum venditum nec oneratum vns
fuisset quoniam ab ipso et ab omni eius prestatione iure actione questione petitione et demanda penitus vos et vros et omnia et singula bona
et iura vra et vestrorum et obligatorum in eodem absoluo et diffinio Imponens mihi et meis inde super predictis omnibus et singulis silentium
sempiternum faciens pactum tam reale q. personale de ulterius aliquid non petendo non agendo nec conveniendo iudicialiter nec extra Tradens q.
nihilominus atq. restituens serie cum pnti vobis et vris omnia et singula iura et actiones locaa voces vices et alia omnia queuncq. mihi virtute
originalis carricamenti censualis instri predicti pertinentia et pertinentes De quibus ex causa huiusmodi luitionis et quitamenti vobis et
vris cessionem facio et concessionem Et quibus possitis et valeatis vos et vri vti fruj agere exercere et experiri in iudicio et extra iudicium
agendo conveniendo et defendendo quecunq. et quemadmodum ego facere possem seu poteram ante presentem luitionem et quitamentum
Instituens inde vos et vros ex causis premissis veros dominos actores potentes et procuratores ut in rem vram propriam Ad faciendum inde
de predictis ad vrum libitum voluntatis Pro ut melius plenius sanius fortius et utilius dici potest scribi fieri et intelligi ad vri et vestro
rum commodum et saluamentum ac bonum etiam sanum et sincerum intellectum Protestor tamen Quod non tenear nec teneri volo vobis nec
vris de evictione aliqua premissorum Nisi precisse et dum taxat pro factis obligationibus negotijs et contractibus meis proprijs tantum et non
pro alijs aliter nec alias Pro quibus tantum obligo vobis et vris omnia et singula bona et iura mea mobilia et immobilia privilegiata
et non privilegiata pnta et futura habita ubiq. et habenda Quod est actum Valentie die vicessimo tertio July anno anat. dni M DC secundo
Signum mei Ambrosij Roca de la serna predicti qui hec laudo concedo et firmo

Testes huius rei sunt Marcus Mattheus Vandellos et franciscus Vanyon scriptores predicte civit. Val. habit.

Jhs.
Sig+num mei Michaelis Ioannis Orego notarij publici Civitatis et Regni Valentie om
in supradictis interfui eaq. manu alterius scriptis feci et clausi et subsignavi
loco die mense et anno prefixis

GOBIERNO DE ARAGON

(4)

+

Cintament fermat per Anbros Roca
de la Serna a la universitat de Monforte
per mans de en Pamies, Pon de Torres
de censal ~~de propietat~~ de DCCC ll

paga per la porrata fins al dia del quitament
ca trenta lliures quatre sous y dos diners

Redenzion de un Zenso de 800 Libras, mo
neda Valenciana otorgado por Ambro
sio Roca de la Serna, en fauor de D.ª Mar
garita de Borja y de Portugal

23. de Julio d 1602

Leg. 3. N. 1.

Barranco 702

Ixar
nº 11

L. 4. N

Sit omnibus notum Quod ego Francisca Gordi et de Almunia vidua relicta quondam Michaelis Angeli Almunia quondam generosi civis Valencie habitatrix Requisita rigore preinserti [illegible] luendo et quitando apocis et scripti instrumenti originalis carricamenti censualis infrascribendi Gratis et scienter cum hoc presenti publico instrumento cunctis temporibus hic et ubique firmiter et perpetuo valituro et in aliquo non violando seu revocando per me et successores meos quoscumque confiteor et in veritate recognosco vobis Iusticie Iuratis hominibus et universitati ac singularibus personis Ville de Manoner licet absentibus [illegible] tamen in

infrascripto [illegible] persona per vobis et omnibus illis quorum interest intererit aut interesse potest vel poterit quomodolibet nunc et in futurum legitime me stipulante recipiente et vobis Quod modo infrascripto dedistis et solvistis mihi ego Quod vobis habui et recepi et confiteor habuisse et recepisse voluntati mee omnimode numerando ab una parte Mille Quingentas libras monete regalium Valencie pre

tium et proprietatis omnium illorum Duorum Mille solidorum dicte monete censualium feudalium et annualium annis singulis solvendorum de annis semestribus diebus mensium aprilis et octobris mediatim

et Quod per Guillermum Pedras [illegible] conventu [illegible] et [illegible] de Manoner fuerunt vendita et originaliter onerata et carricata [illegible] Cherubini Monserrat et de Mathen [illegible]

[illegible] Ioannis Anthonij Mathen civis pro dicto pretio Mille Quingentarum librarum publice venditionis et originalis carricamenti censualis instrumento per Paulum Alfonso notarium decima sexta die octobris anni

M D octuagesimi quarti recepto cum pactis et conditionibus in eo cum me esse contentis et expressis Postea vero cum regia sententia lata et promulgata per regiam audientiam huius civitatis et regni

Valentie publicataque per Guillermum Nicolaum Decia quondam regium scribam mandati sub die vicessimo primo februarij anni M D nonagessimi secundi dictum censuale mihi fuit adiudicatum

tam [illegible] [illegible] Quequidem sententia postea fuit confirmata per suam magestatem et suum sacrum supremi Aragonum consilium cum alia sententia publicata per

Franciscum [illegible] regium scribam mandati sub die duodecimo mensis novembris anni M D nonagessimi quarti Et ab altera parte sex libras et duos solidos de prorrata dicti censualis usque

[illegible] proxime preteriti [illegible] omni debita atque decursa et etiam confiteor me esse solutum et satisfactum de omnibus solutionibus preteritis dicti censualis Intellectis tamen

men et comprehensis [illegible] quibuslibet aliis chirographis et cautellis preinsertis de [illegible] factis atque firmatis Modus vero solutionis predictarum quantitatum talis fuit et est videlicet Quod die tri

cessimo primo [illegible] dicti mensis maij fuerunt depositate in posse [illegible] curie gubernationis civilis predicte civitatis Valencie per manus Don Francisci Ioan de Torres ut procuratoris Domine Mar

garite de Borja et de Portugal vidue relicte quondam Don Federico de Portugal quondam Domini loci de Sollana et ex pecunijs proprijs dicte Domine Margarite de Borja pro ut ipse asserunt dicte

Mille Quingente libre pretium et proprietatis dicti censualis cum scriptura depositi per eum posita in dicta curia dicto sub calendario Et dictas sex libras et duos solidos de

prorrata dicti censualis habui et recepi per manus dicti Don Francisci Ioan de Torres dicto procuratorio nomine et de pecunijs proprijs dicte Domine Margarite de Borja

mee omnimode voluntati realiter numerando Et quia hec est rei veritas renuncio scienter omni exceptioni pecuniarum predictarum non numeratarum et per me a vobis modo predicto

non habitarum et non receptarum dicteque rei sic non geste [illegible] et doli et ea ratione cancello irrito casso et anullo predicti carricamenti censualis instrumentum tam in prothocollo [illegible] nota

[illegible] illius receptoris [illegible] illud capitello et [illegible] a prima eius linea usque ad ultimam inclusive sic quod ipsum de mihi nec meis minime prodesse possit nec vobis nec vestris obesse modo aliquo

seu nocere volens ex nunc atque consentiens ut censualis huiusmodi Dominium [illegible] annua perceptio et iura cessent et evanescant ac si impositum venditum nec oneratum unquam fuisset

quietam [illegible] et ab omni eius prestatione iure actione questione petitione et demanda penitus vos et vestros et omnia et singula bona et iura vestra et vestrorum et obligatorum in eodem

absolvo et diffinio imponens mihi et meis in et super predictis omnibus et singulis silentium sempiternum faciens pactum tam reale quam personale de ulterius aliquid non petendo

non agendo nec conveniendo iudicialiter nec alias tradensque nihilominus atque restituens seriose [illegible] presenti vobis et vestris omnia et singula iura et actiones loca voces vices et alia omnia quecumque

mihi virtute originalis carricamenti censualis instrumenti predicti pertinentia et pertinentes De quibus ex causa huiusmodi luitionis et quitamenti vobis et vestris cessio

nem facio et concessionem Quibus possitis et valeatis vos et vestri uti frui agere excercere et experiri in iudicio et extra iudicium agendo conveniendo et deffendendo quecumque et

quemadmodum ego facere possemque poteram ante presentem luitionem et quitamentum Constituens inde vos et vestros ex causis premissis veros dominos actores potentes et procurato

res ut in rem vestram propriam ad faciendum inde de predictis ad vestrum libitum voluntatis Pro ut melius plenius sanius fortius et utilius dici potest scribi fieri et intelligi ad vestri

et vestrorum commodum et salvamentum de bonorum etiam sanum et sincerum intellectum Protestor tamen Quod non teneor nec teneri volo de evictione aliqua premissorum nisi precise et dum

taxat de factis obligationibus negotijs et contractibus meis proprijs tantum et non pro alijs aliter nec alias Pro quibus tantum obligo vobis et vestris omnia et singula bona et iura mea

mobilia et immobilia privilegiata et non privilegiata presentia et futura habita ubique et habenda Quod est actum Valencie die tricessimo primo Iulij anno a nativitate Domini M D C secun

do Signum mei Francisque Gordi et de Almunia vidue predicte que hec laudo concedo et firmo

Testes huius rei sunt Hieronimus Ferrer notarius et Marcus Mattheus Vandellos scriptor predicte civitatis Valencie habitatores

Iesus

Signum mei Michaellis Ioannis Diego notarij publici civitatis et regni Valencie qui huiusmodi predictis omnibus interfui et per alium scribi

feci Valencie die mense et anno prefixis

(5)

Carta ... ferma per franci[ca] Gomi y de Almunia viuda ... de ... censal de pro pietat de $s.^{ts}$ ... y pensio $y.^{ts}$ ... quantitat ... Joan de torres ... de Dona Margarita Borja y de ...

Redenzion de un Zenso de 1050o. lib.^s de prop.^d y de 20 Sueldos de annual pension otorgado por Fran.^{ca} Gordi y de Almunia Viuda; en fabor de D.ª Margarita de Borja y de Portugal.

Cian 45

31. de Julio Año de 1...

Leg. 3. N. 1. perg.^o Tob.

J.^u ...

+

Auto de quitamiento de trehudal de propriedad de 2 L J otorgado por parte de los herederos de Joan Perez pareja en favor de don Carlos Joan y del doctor Joachin Rea

Leg.º 3. num. 1.º $. 704.

12 de Sep.e de 1602

Arag.n y Cath. n.l 65

GOBIERNO DE ARAGÓN

†

Die xj mensis Septembris Anno
a nat. domini M DC Xj

Nos alfonsus Peres Paressa ludouicus vives cives ciuit.
valencie habitatores vt et tamq. tutores et curatores
Martini Peris Paressa francisci Peris Paressa estefa
ni Peris Paressa fratrum heredum vna cum Petro
Joanne Peris Paressa filiorum fratris bonorum omnium
et Jurium que q.d fuerunt Joannis Peris Paressa
q.d dierum mayoris filiorum et mei dicti Alfonsi Pe
ris Paressa patris et ego dictus Petrus Joannes Pe
ris Paressa factus Jam mayor viginti annorum pro
vt de tutela et cura mei dicti ludouici vives et de
herencia dicti Joannis Peres Paressa constat vlti
mo dicti Joannis Peres Paressa testamento re
cepto per hieronimum benauides not. xx die
mensis Marcij anni M DC et In eiusdem not.
posse testatore predicto mortuo publicato xxviij
die mensis Aprilis eiusdem anni et de tutel
la et cura mei dicti Alfonsi Peres Paressa
per obitum Joannis Peres Paressa dierum mino
ris ciuis q. fratris mei curatoris vna cum dicto
ludouico vives cum precalendato testamento
constat quadam decretatione cure facta et
prouisa per Justiciam In ciuilibus presen
tis ciuitatis valencie In calce cuiusdam re

GOBIERNO DE ARAGON

quisicionis scripture per dictum hedoris cum
vnies coram dicto Justicia porrecte xxviij die
mensis Octobris anni M.D.L.XX.^to In li
bro tutellarum et curarum curie ciuitatis Valen
cie sub dicto calendario quibus respectiue nos
referimus requisiti vigore gratie Instri iure
pacti de luendo et quitando apositi In calce
originalis carricamenti censualis Instri euen
ter etc dictis respectiue nominibus cum pnti
publico Instro etc confitemur et In veritate
recognoscimus vobis don Carolo Joan de torres
militi et Joachimo Real Utriusque Juris et
regij consilij doctori Valentie habitatoribus
licet absentibus etc notario tamen etc sti
pulante etc et vestris q. dedistis et soluistis
nobis nosque dictis respectiue nominibus
a vobis modo Inferius dicendo habuimus
et recepimus voluntati nre omnimode ex
vna parte quingentas libras monete vals
pretium et proprietatem Illorum sex cen
torum sexaginta sex solidorum et octo de
nariorum dicte monete censuatium etc
Octavo die mensium marcij et Septembris
medietatim annis singulis soluendorum per
vos dicto q.^o Joanni Peres Peresa dierum
mayori et suis venditorum et originaliter

carricatorum publico vendicionis et originali carri
camenti censualis Instro per notz Infrum recepto sep
timo die mensis Septembris anni M.D.LXXXV
postea vero publico Instro recepto per Joannem Lau
rentium Voures notz decimo die mensis Januarij
anni M.D.LXXXVij dictus Joannes Peris Pa
ressa dierum mayor pro executione capitulorum
matrimonialium cum nonnullis pactis et vinculis
factorum per dictum notz dictis die et anno re
ceptorum Inter alia bona Insolutum dedit et trans
portauit dictum censuale dicto Joanni Peres Pa
ressa dierum minori eius filio vltimo vero cum
sentencia et declaracione Jure vinculi prouis
sa per dictum Justiciam publicata vigessimo
septimo die mensis Aprilis proxime preteriti
pntis anni continuata In suo originali regestro
et In calce vnius scripture requisicionis coram
dicto Justicia porrecte per Dnum Infrum Joannem
Voures notz dierum minorem procuratorem nos
trorum dictorum curatorum xxvj die dictorum
mensis et anni fuit declaratum domum et cen
sualia per dictum Joannem Peris Paressa die
rum mayorem In summam et quantitatem sep
tem mille et quingentarum librarum dona
tam et donata predicto Joanni Peres Paressa
minori cum predictis capitulorum matrimonialium

Instrumentis deductis trecentis libris de quibus
potuit testare pro suis anima jure dictorum
vinculorum pertinuisse et pertinere predictis
Petro Joanni Peres Paressa et Estefano Peres Pa [al Martino peres pares co.] [pares pareso]
ressa ut heredibus predicti Joannis Peres Pa
ressa illorum patris et ab alia parte a vobis ha
buimus et recepimus ut supra viginti quatuor
libras sex solidos et quatuor denarios dicte mo
nete nobis dictis respective nominibus debi
tas de solucione mensis Marcij proxime preteri
ti et de porrata racione dicti censualis usque in
trigesimum primum diem mensis Maij eciam
proxime preteriti debita et decursa Modus vero
solucionis dictarum quantitatum talis fuit
et est videlicet quod de dictis quingentis libris
precio dicti censualis juxta voluntatem dicti
Joannis Peres Paressa mayoris in prechale
dato suo ultimo testamento contentam fuit
factum depositum in posse tabularij curie
dicti justicie cum scriptura per Joachimum
Morros notarium instrum posita xxx die men
sis may proxime preteriti Reg. prop.ª ma
nu depositorum dicte curie presentis anni fol.
xxviij prout omnia predicta in pre
chalendatis instrumentis et scripturis pu
blicis quibus respective nos referimus

latius continentur et reliquas viginti qua
tuor libras sex solidos et quatuor denarios dicte
pensionis et porrate habuimus et recepimus
a vobis dicto don Carolo Joan realiter numerando
scilicet nos dicti Alfonsus Peres Paressa et lu
dovicus vives dicto nomine decem octo libras
quatuor solidos et novem denarios et ego dictus
Petrus Joannes Peres Paressa sex libras unum
solidum et sex denarios et quia etc. renunciamus
dictis respective nominibus etc. de sic ceps volu
mus etc. facientes vobis et vestris pactum etc. de ulte
rius aliquid non petendo etc. super premissis nobis
et nostris dictis respective nominibus silen
tium imponentes sempiternum pro ut melius
